

vj

Vaticanæ Custos præfectus fui, ut scilicet grati animi, singularisque mei, pro tam proluxa erga me voluntate ac beneficentia, obsequii publicum aliquod extaret monumentum; id vero nunc tandem ut perficerem, non privatæ tantum, sed publicæ etiam rationes, ac eæ quidem graves, perpulere. Jam quidem tot alii præstantes Viri certatim in laudes tuas effusi sunt, tuam præsertim humanitatem, liberalitatem, ac munificentiam celebrantes: quippe qui natura ad bene merendum de omnibus comparatus, excultos literis homines large ac proluxe fovere soleas, quorum publico etiam bono Bibliothecam omni librorum copia refertissimam, & luculentissime ornatam, dedicasti. Alii in extollenda Patruï Tui CLEMENTIS XII. factorum gloriam præclaram operam collocarunt, quo illorum memoria apud posteros perpetua maneret. Is enim magnificentia deditus, tot sumptuosa opera construxit, refecit, absolvit, ut
in